

21
Q. D. B. V.

DISSERTATIO GRADUALIS
EXAMEN
OPINIONIS GENTILIIUM

De

ORTU
HOMINUM

SISTENS,

Quam

Consensu Ampl. Fac. Phil. Ac. Aboens.

SUB PRÆSIDIO

VIRI Max. Rev. atque Celeberrimi

D:ni ISAACI

BJÖRKLUND,

L. L. Sacr. Prof. Reg. & Ord.

Publice discutiendam placide committit

AND. PÄRZ Fil.

Ad d. 19 Junii, Anno MDCCXXXII.

loco & hor: matut: consuet:

⊗⊗⊗⊗⊗⊗⊗⊗⊗⊗⊗⊗⊗⊗⊗⊗⊗⊗⊗⊗

ABOÆ,

Exc. apud Typ. Univ. Job. Kämppe.

OPTIONAL FORM NO. 10
MAY 1962 EDITION
GSA FPMR (41 CFR) 101-11.6

ORDER

FORM NO. 10

Contract No. _____

Buyer's Order No. _____

DATE OF ORDER _____

QUANTITY _____

UNIT PRICE _____

AMOUNT ORDERED _____

DATE OF DELIVERY _____

NAME OF BUYER _____

ADDRESS _____



I. N. D.

§. I.

Quanquam perfacile fu-
isset hominum cuivis,
vel levi ratiocinio ni-
tenti, ex admirandis tam men-
tis quam corporis sui viribus,
de excellentis naturæ humanæ
origine tanquam ex effectis de
causæ conditione judicare; ta-
men populorum non paucos a-
deo exiguam dignitatis hu-
manæ considerationem habuis-
se deprehendimus, ut meris


voluptatibus inhiantes, nihil sibi potius convenire putaverint, quam quod vitam hanc mollem redderet, idoneamque alienis cupiditatum illecebris copiam subministraret. Factum inde, ut adversus libidinem leve innocentiae esset praesidium, justitia, ex Carneadis instituto, summa stultitia; donec à statu vere naturali, qui pax est & mutuus amor, descisceretur, cessanteque communitate officiorum, periret quae dandis accipiendisque beneficiis suscitari debebat, cognationis humanae memoria; ut cum non alio se affectu respicerent, quam quo se bruta animalia invicem excipere solent, de prima ho-

minum origine vel prorsus non cogitarent, vel si cogitationem retro ad rerum initia vererent, minime tamen ab uno conjugum pari provenisse circumfulam illam per terrarum orbem hominum vix intelligere potuerint.

§. II.

Primam igitur profanz opinionis de ortu hominum causam cum indagamus, liberandos ea criminatione Philosophos censemus, qui quamquam & ipsi veram originis humanz novitiam, desituti scilicet revelatione, cui illa unice debetur, ignoraverint, adeoque varia, quibus hic recensendis.

tendis brevitate studio non in-
 moramur, hominum fecerint
 initia; primi tamen haudqua-
 quam fuerunt, qui hujusmo-
 di de generis humani institu-
 tione prodiderunt, utpote lon-
 ge posteriores illis temporibus,
 quibus falsam ortus humani
 persuasionem homines sibi in-
 duerant. Remanet igitur, ut
 eam ipsis latrociniiis saltem æ-
 qualem, si non priorem et-
 iam, quatenus ex ea, tan-
 quam ex impuro fonte, inqui-
 natissimos quoscunque prædan-
 di mores promanasse credibile
 est, faciamus. Quod enim Gro-
 tius (a) liberam latrocinandi &
 prædas agendi in externos,
 nullo bello indicto, licentiam,
 ex

§
ex regula illa juris naturalis, cognationem inter homines quendam esse naturam, ac proinde nefas esse alterum ab altero lædi, ut olim ante diluuium, ita rursus aliquo post diluuium tempore malis moribus oblitterata deducit, id robur addere existimamus sententiæ, quæ opinionem de ortu hominum quocunque modo ab illo in sacris tradito alienam, tempore non tantum patrem, sed antiquiorem latrociniis facit. Sicut enim & oppressores ante diluuium illi,  in historia sacra dicti, & alii, quicunque post diluuium à Nimrodo mutua gentium latrocinia exercere, divini cultus oblit,

sensum societatis, quam ipsa natura populis intercedere voluit, exuerunt omnem: ita ob virium excellentiam splendidiore sibi tribuentes, quam ut à communi cum cæteris mortalibus stirpe progenitos se agnoscerent, ad Deos genus suum referebant; reliquam vero hominum turbam alia ratione quacunque ortam fuisse sibi & aliis pervaserunt. Crediderim hos eosdem Veteres esse, qui

(b)

- - - *ævo mortalia primo*
Corpora vulgarunt pluvialibus eo
dita fungis.

hosque oppressores tuisse illos, qui ab afflictis nunc (c) ferrea progenies audiebant, duris ar-

vis efferens caput, nunc (d)
 Gigantes & immania monstra,
 ferique terræ partus. Nam &
 hi vicissim ob immanitatem,
 credebantur a rupibus & filio
 ce vel é terræ visceribus pro-
 diisse, licet ex Diis se genitos
 mentirentur.

(a) *Lib. II. de Ju. B. & P. c. 15. n.*
5. (b) Ovid. VII. Metam. v. 395. (c)
2. Georg. v. 341. (d) s. Fast. v. 18.

§. III.

UTut autem malitiæ ex sunt
 vires, quæ immutandis
 hominibus eo usque sufficiunt,
 ut sæpe ne cognoscantur qui-
 dem iidem esse; cum tamen
 sola naturæ similitudo, &, quæ
 ex specie corporis externa in-
 ocu-

8

oculos incurrit, non dispar facies, bruta conciliet brutis, faciatque, ut quæ ejusdem generis sunt, mutuo se cognoscant; haud immerito mireris sensum affinitatis naturalis in eorum animis exolevisse, quos ratio ipsa & oratio, quibus se universi instructos esse intelligebant, de notitia cognationis certiores facere debuissent. Ignorantæ ergo tantæ causam non in alio facile ponendam existimaverim, quam in corrupto depravatoque moribus & ferocia judicio, quod longa consuetudine quilibet in homines audendi, oportuit confirmatum fuerit. Postquam enim homines, sive domestica
parente

parentum nequitia perdit, five
 falsa gloriæ persuasione impul-
 si, five paupertate inducti, aut
 ex abundantia rerum in fere-
 ciam prolapsi, à noxa aliis in-
 ferenda amplius non abstinue-
 runt, peccandi pertinacia me-
 ruere, ut reliquias veritatis ju-
 sto Dei judicio amitterent.
 Incalescente enim voluptatum
 illecebris parendi studio, vitiis-
 que & malis moribus in deli-
 ciis positus, non potuerunt ani-
 mi ipsorum, ad mundi aspe-
 ctabilis contemplationem, unde
 prima omnium causa investi-
 gatur, non occæcari. Cessan-
 te autem, aut certe libidinum
 sanie infuscata primæ causæ,
 ex qua homines pendent, cogita-

gita-

gitatione, neque effecta, quæ ab hominum viribus producuntur, mentem horum ad considerandam suam aut aliorum naturam perducere poterunt; sed ut omnia ex robore suspendebant, ita alios se infirmiores, jure possidendi quæcunque se putabant interiores, nec meliores conditione, quam quibus, ut rebus cæteris è terra prognatis, uti pro libidine possent: ut adeo ex inolito in animis contentu tenuiorum, mirum non sit, stultam de hominibus inolevisse opinionem, quasi ortum à spontaneo nationum simul omnium per universam terræ superficiem proventu habuerint.

§. IV.

Quanquam autem non ne-
 gamus incommode mul-
 tis ipsorum cessisse, quod op-
 portunitate, magno illo in o-
 mni re momento, destituti fue-
 rint, per quam cognationis,
 qua omnes inter se gentes A-
 damum attingunt, e divinis
 literis commoneri potuissent :
 dubium tamen non est, quin
 ratio, quæ tam diligenter re-
 rum naturam investigat, quàm
 illa se sponte omnibus nostris
 facultatibus observandam sistit,
 in penetrabile quoque ortus hu-
 mani inquirendo utcunque pe-
 netrare potuerit. Impervium id
 inter omnes gentes paulo hu-
 manioribus non fuisse videmus,
 quibus

quibus immortalitas animorum
 omni ætate credita fuit, quos sic-
 uti ex doribus mentis longe
 majoribus, quam quas hæc vi-
 ta requirit, eam collegisse
 patet; ita hominum universis
 nihil magis obvium esse debu-
 it, quam in se ipsos descen-
 dere, atque ex operatione
 mentis, qua se reflectere in
 se ipsam potest, essentiam e-
 jus spirituales, cui nihil mi-
 nus, quam è terra nasci con-
 venit, agnoscere. Quid quod
 altioris originis admoneri ne-
 cessario debebant, qui summi
 ac infiniti entis ideam, cum
 Deum esse negare non possent,
 percipere se sentiebant, cujus
 nullum in cæteris anima-
 tium

tium apparere vestigium cer-
nerent, nedum in his, quæ
e terra procedunt vitæ expertia.

§. V.

Quia ergo nulla necessitu-
dinis conjunctione ho-
mines contineri putabantur,
consequi aliud non potuit,
quam quod falsa persuasio
ingerebat, hoc nimirum,
neminem alteri quidquam eo-
rum debere, ad quæ præstan-
da invicem homines ex juris
naturalis præcepto de non læ-
dendis aliis devinciuntur. Ne-
gligi ergo rectæ rationis dicta-
mina; contra, quicquid sua-
det prava naturæ libido, pro
licite haberi; imprimis prædas
agere,

agere, latrocinari, nullo bello indicto, gloriosum duci. Ac initio quidem privatos exercuisse constat latrocinia, eademque in eadem etiam invaluisse gente, qualia olim furta Lacedæmoniorum, nec non Ægyptiorum, Persarumq;. Sed postquam per institutas societates civiles cautum fuit, ut qui ejusdem essent civitatis, tanquam partes unius corporis, mutuam colerent servarentq; amicitiam, in solos cives conferenda esse cognationis ac mutue benevolentie officia creditum; exteros quosque, utpote quibus, in alius quasi generis terra natis, nulla cum his nec necessitudo naturalis, nec pactura

paſſum intercedebat, hoſtium loco eſſe, quos lucri cauſa lædere non foret nefas. Hinc gentium in gentes illa & ante & poſt diluuium extitere latrocinia, & fuere ultimæ ſemper gentium, etiam hodie humaniorum origines, hoc ubique nomine infames.

§. VI.

EX poſito ejuſmodi hominum initio, quod è terra ſtirpium vel fungorum inſtar proreperint, pulluſſe, callido Dæmonis commento, paret perſuaſionem illam ſeculis antiquiſſimis receptiſſimam, cuius populo peculiare eſſe Deos: ut ſi cupiditas innocen-

res lædendi, oblivione cognationis minus flagraret, odia tamen circa sacrorum cultum, dissidentibus exardescerent, mutuamque exitium pararent interrentque. Arsisse ex hac causa odium immortale testatur Juvenalis (a) inter finitimarum Ægypti urbium incolas, Combos & Tentiritas, illos Crocodilum tenerrimo cultu prosequentes, hos contra, quod in honore accipitrem haberent, Combis odiosos. Quem dissensum ex diversitate sacrorum, cum animos in gente *stupidam*, quæ sensum omnem honesti inhonestique perdidit, concitasse in hostilia videmus, quanto majus exitium intulisse putemus

temus illam cognationis, quæ invicem intercedit, obliterationem, cum in *ingeniosioribus*, qui ultra utile jucundumque aliquid sapere vellent, illud etiam nefarii juris in mentem venerit, quo latrocinia sua, rapinas, populationes, ut honesta, defenderent. Ex quo factum suum, referente Livio, (b) purgabant Senones Galli, qui quum Brenno duce in Clusinum agrum irrumperent, quærentibus Romanis, quodnam jus esset agrum à possessoribus petere, responderunt, se in armis jus ferre, & omnia fortium virorum esse.

(a) *Sat. XV. v. 33.* (b) *Lib. v. c. 36.*

PRæterea, cum aliunde po-
 tius, quàm ex iisdem
 protoplastis, originem ducere
 homines crediti fuerint, aliq̄j,
 propter dissimilem naturam,
 aliorum voluntatibus contraria
 appetere, ipsique se mutuo ut
 hostes, qui extra fines regni
 Dei sui, ac si in alio agerent
 mundo, respexerint; facile
 erit cuivis videre, cur gens u-
 na prosequi aliam mutuo amo-
 ris affectu non potuerit, nec
 se ad quærendam felicitatem,
 communem putaverit obliga-
 ri. Cum enim felicitatem
 separatam sibi fecerint, eam-
 que non ab amore, ad quem
 erga Deum & homines exer-
 cen-

cendum blanda ipsos Natura
 invitabat, sed ex adverso ini-
 mi oque plane humanæ natu-
 ræ affectu, ad explendam im-
 moderatam libidinem in alio-
 rum perniciem excitato, ini-
 quissime deduxerint; non po-
 tuere alios actus exserere,
 quam quos nexus inter illos
 eorundemque causam, male-
 volentiam puta, admittebat.
 Tanto igitur minus, ratione
 impotente appetitu oppressa,
 unam eandemque primam & æ-
 ternam rerum omnium causam
 ejusque in singula dominium,
 tum curam de Universi hujus in-
 primis generis humani conserva-
 tione & salute, nec non actus,
 tanquã media, ad eam tuendam
 ido-

idoneos præcipientem agnoscere potuerunt; nedum se, ut ei præ cæteris creaturis simillimos, ab ipso diligi, eique vicissimum summum amorem, fiduciam, beneficiorum testificationem & obedientiam debere senserunt; sed suum de Deo & rebus divinis sensum proprium, quem suis moribus crediderunt optimum, amplexi, qui sanguine non abstinabant, cruentos Deos, Martem & Bellonam; qui rapinis & fraudibus operam dabant, Mercurium; qui incesto polluebantur aut stupro, virginum raptores, Jovem aut Apollinem aut alios coluerunt, vitia, quorum ipsi infamia notabantur, diis suis tribuentes, ut *hominibus*, quod graviter Seneca (a) advertit, pu-

dor

*ador peccandi demeretur, si tales
deos credidissent.*

(A) *de vita beat. c. 26.*

§. VIII.

NON nunc id ago, ut violatæ
socialitatis naturalis docu-
menta in agitatæ terra marique
latrociniis perlequar, aut rupta
iisdem naturæ gentiumq; jura,
quæq; ad istud argumentum per-
tinere alia possunt, ostendam:
mihi sufficit, dum ad finem hæc
qualiscunq; commentatio dela-
bitur, saltem indicasse Gentilium
de ortu hominum opinionem,
lernam illam fuisse, unde tot in
humanũ genus mala prono vel-
ut alveo primum inundaverunt,
quæq; sanie deinde sua saniora
quoq; de origine hominum sen-
tientes, ut vicinitatis contagia
proo

proxima quæq; corripere solent, infecit. Et tamen, quod non ut alienū à re hic dixero, ipsi quoque Hobbesio placuit, politicis suis dogmatibus hujusmodi hominum initia substernere, quib⁹ nec mirum non superstructa fuisse alia, quam quæ bellum omnium in omnes spirarent, & λητρικὴν, quæ contra legem naturæ non esset. Sed in illis discutiendis magni merito est opera Puffendorffii & Cumberlandi. Nos rudis hic operis filum potius abrumparamus, & tum instituti tum temporis ad hoc concessi memores, Deo Immortali pro præstita nobis hic & ubique ope, gratias agamus immortales.